In octaua corporis christi Sermo

vestrꝫ recipit aliquē scm̄ vel scām in aduocatū q̄ forte ex vr̄is pctis modicū curat de vob̄ Jō angelo q̄ ꝯtinue curat de vob̄ est fienda oracio q̄libet mane ⁊ sero genibus flexis dicendo. Angele q̄ meus es custos pietate superna Me tibi cōmissū salua defende ⁊ guberna. Amen.

Dico ꝙ quinta fraternitas est diuinalis que venit per misericordiā. ⁊ ista est omnibus alijs melior. quia deꝰ creator omnium factus est frater noster in benedicta incarnacione similis nobis factus. Caro enī ⁊ frater noster est. Gen̄. xxxvij. Jdo dicit apostolus. Qui sanctificat scꝫ per baptismū ⁊ penitenciā ⁊ qui sanctifiatur ex vno omnes, ꝓpter quā causā non confundit̄ fratres eos vocare dicens. Nunciabo nomen tuū fratribus meis. Ad hebreos. ij. Jdeo sciens salomon spū ꝓphetie ꝙ filius dei debebat īcarnari ⁊ nasci de muliere ⁊ lactari ac si iā ipsum videret p̄sencialiter dicebat sibi. Quis mihi det te fratrē meū sugentē vbera matris vt inueniam te solū foris ⁊ deosculer te ⁊ iā me nemo despiciet Canticoꝝ. viij. Jdo apostolus. Quos p̄sciuit supple deus pater ⁊ p̄destinauit conformes fieri ymaginis filij sui vt sit ipse p̄mogenitus in multis fratribꝰ. Ad romanos. viij. Moraliter faciamꝰ ꝙ sicut sumꝰ fratres xp̄i in hac vita. simus etiā fratres sui in gloria. Amen. Deo gracias

¶ In octaua corporis xp̄i vel infra octauas. Sermo.

Accipite ⁊ manducate hoc est corpus meū ⁊c̄. Verbū istud habet̄ textualiter. p̄ma ad chorinth̄. xi. Et officiat̄ in epistola hodierna. Scitis hodie ē octaua corporis xp̄i ⁊ sancta mat̄ ecclesia facit totū officiuꝫ vt in die. Jdeo de isto sancto sac̄mento altaris volo vob̄ declarare aliq̄s mag̃s vtilitates quas ex eo habemus ad ꝓuocandū corda vestra ad deuocionē. Sed p̄mo salutet̄ virgo maria ⁊c̄. Sanctū sacrificiū altaris dicit̄ eukaristia grece. ab eu qd̄ est bonū ⁊ karis gracia. quasi bona grā. quia multas ⁊ innumerabiles grās ⁊ vtilitates habemus ex ipso sac̄mento plusq̄ ab alijs sac̄mentis ⁊ amore vestri Modo dicā q̄nq̄ vtilitates p̄ncipales.

Est enī viaticū spūale
Medicamentū vniuersale
Sacrificiū indulgenciale
Sacramentū p̄ncipale
Societas celestialis

In hijs ostendit̄ vtilitas. Jdeo d̄t thema. Accipite ⁊ mādūcate hoc est corpꝰ meū ⁊c̄. Dico p̄mo ꝙ eukaristia vel hostia ꝯsecrata est viaticū spūale. sic est ꝙ nulla creatura viuens siue sit corporalis siue spūalis poterit diu durare ī esse siue viuere sine cibo. de creaturis corporalibus racio est naturalis. quia calor consumit humidū radicale vt dicunt phisici. sicut enī aqua ad ignis calorē consumit̄ ⁊ deficit. Jta est de humiditate corporis in qua vita consistit calore consumit̄ ⁊ deficit nisi addatur humiditas comedēdo ⁊ bibendo ⁊ cōmuniter in meridie magl̄ appetimus cibum ⁊ potū quia maior est calor interior ⁊ exterior. Jtē de angelis q̄ sunt creature ⁊ substācie pure spūales. Dico ꝙ etiā non possunt viuere ⁊ ꝑmanere sine cibo Rō quia nullus eoꝝ habet vitā ⁊ duracionē a se. Jdeo de mensa dei q̄ est essencia diuina recipiunt escas que non possunt dici nec cogitari ⁊ de illis viuunt Auc̄tas. dixit angelus raphael thobie q̄ videbat̄ eis comedere ⁊ bibere corporali cibo ⁊ nec dimittēt eos in errore dixit. cū essem vobiscū per voluntatē dei videbar quidē vobiscum mādūcare ⁊ bibere. Sꝫ ego cibo īuisibili ⁊ potu q̄ ab hominibus videri non potest vtor Thobie. xij. Fiat ergo Rō Si creature pure corporales vt iumēta ⁊ pure spūales vt angeli

In octaua corporis christi Sermo

indigent cibis vt dictū est. Quid dicemꝰ de homine q̄ habet vtrūq̄. Est enī corporalis quantū ad corpus. ⁊ spūalis q̄ntū ad animā similis angelis. Ergo indiget duobꝫ cibis scꝫ cibo corporali ad sustentacionē corporis ⁊ cibo spūali ad sustentacionē anime. Ideo statim postq̄ deꝰ creauit adā ⁊ euā ꝓuidit eis de escis corporalibꝫ dicens eis. Ecce dedi vobꝫ omnem herbā afferentē semen sup̄ terrā ⁊ vniuersa ligna scꝫ fructifera q̄ habent in semetipsis sementē generis sui vt sint vobis ī escam. Gen̄. p̄mo. Ita q̄ a p̄ncipio ⁊ bene p̄ mille ⁊ q̄ngentos ānos post solum comedebat fructꝰ gentes ⁊ bibebant aquā ⁊ illa tunc dabant maiorē fortitudinē q̄ꝫ modo capones galline ⁊ vinum. Deinde post diluuiū qd̄ multū deteriorauit arbores plantas ⁊ aquā. ita q̄ p̄diderunt magnā partē v̄tutis. videns deꝰ q̄ fructꝰ ⁊ aqua nō esset cibus ad sustentandū naturā humanā concessit licentiā comedendi carnes pisces dicēs. Omnes pisces maris manui vestre traditi sunt ⁊ omne q̄ mouet̄ ⁊ viuit erit vobis in cibū. Gen̄. ix. Et concessit licentiā bibendi vinum. Et tunc noe incepit exercere terraꝫ ⁊ plantauit vineā. Deinde venit tēpus moysi in q̄ deus de cunctis mundi populis elegerat iudeos. de q̄ populo debebat nasci filius dei s̄m humanitatē ⁊ tunc deus restrinxit escas illi populo. vt patet Leui. xi. Precipiēs eis ne comederēt aīal qd̄ nō ruminat nec diuidit vngulā. Ideo nō comedunt porcū q̄ licet diuidat vngulam tn̄ nō ruminat nō diuidit vngulā. Idem de lepore. Itē de volucribꝫ p̄cepit eis ne comederent aquilā. grifonē. falconē ⁊c̄. Itē de piscibꝫ q̄ nō comederēt piscē nisi haberet pēnulas ⁊c̄. Ideo nō comedunt anguillā marinā ⁊c̄. Sed quare deus p̄cepit hoc iudeis ⁊c̄. Responsio quia de illo populo debebat nasci messias. ꝓpter q̄ deus fecit vt sit cōmuniter de filio regis. quia eius nutrici dantur certe esce. de consilio medicoꝝ non amore sui. s̄ filij regis vt sit bene cōplexionatus. Et p̄cipit nutrici vt abstineat a ceteris cibis vel escis que sunt male cōplexionis. Ita fecit deꝰ de gente iudaica de qua nasciturus erat filius regis scꝫ xp̄s. voluit deus vt abstinerent a cibis viscosis ⁊ male complexionis. Sed ex quo iam filius regis iam nō indiget nutrici ipsa potest comedere ad libitū quicq̄d vult ⁊ placet sibi. Ideo nos modo non abstinemꝰ ab illis escis. quia omnis creatura dei bona ⁊ nihil reiciendum quod cū graciaꝝ actione percipit̄ sanctificatur enī per verbū dei ⁊ oracionez. p̄ma ad Thimotheū. iiij. Ecce qualiter deus a p̄ncipio vsq̄ modo ꝓuidit nature humane de cibis corporalibus s̄m diuersa tempora. hoc totum dicit dauid in quadā auctoritate. Oculi omniū in te sperant domine ⁊ tu das escam illoꝝ scꝫ corporalē in tp̄e oportuno. psalmo. cxliiij. Tamen non inuenietꝰ q̄ ante aduentuꝫ xp̄i deus dederit escā seu ꝓuisionē spiritualē. Corpora enī erant robusta ⁊ anime erant debiles intantū q̄ omnes cadebant in inferno quantūcunq̄ essent sancte nō poterāt se tenere q̄n illuc caderent. de hoc dauid. Quis est homo qui viuet ⁊ non videbit mortē scꝫ corporalē ⁊ eruet animā suā de manu īferi quasi dicat. nullus. psalmo lxxxviij. Or autem iste defectus procederet ꝓpter defectum cibi spiritualis patet dauid dicente. Esurientes scꝫ cibum spiritualem ⁊ sicientes. anima eoꝝ in ipsis defecit. psalmo. cētesimo sexto. Sed venit christꝰ filius dei qui ordinauit cibū spiritualem pro animabꝫ scilicet hoc sanctum sacramentū eukaristie. Non credatis q̄ ista esca sit corporalis nec vadat in stomachum ꝓ digestione vt dicunt stulti iudei q̄ huiusmodi cibus emittatur per secessum. Sed est cibus spūalis qui in stomacho anime in corpore humano posita

In octaua corporis christi. Sermo.

scz memoria recipit digestionē igne deuocionis ⁊ dat vitā anime intantū ꝙ qñ anima exit a corpore nisi peccata īpediant ducit secū animā ad celū. Ideo dr̄ scūs Thomas in tercia pte ꝙ puer vnius diei etiā baptizatus nō potest habere paradisum nisi cōmunicet. De hoc vide sanctū Thomā tercia parte. q. lxxiij. arti. iij. quo querit vtr̄ sacmentū eukaristie sit de necessitate salutis. O diceretis vos ⁊ q̄modo posset communicare. Modo audite pulchram speculacionez qñ vos comeditis solum vnū membr̄ scz os comedit ⁊ tñ ex illo cibo oīa mēbra refocillāt̄ ⁊ fortificantur. man⁹ ad operandū. pedes ad ambulandū. oculi ad videndū. aures ad audiendū ⁊ sic de alijs partib⁹ tā interioribus q̄ exterioribus. Ita tota vniuersalis ecclesia est vnū corpus cui⁹ caput ē xp̄s. oculi doctores. aures iudices ⁊ confessores. os sacerdotes. man⁹ milites qui habent defendere. venter ciues ⁊ mercatores. tibie mechanici pedes q̄ terrā tangūt sunt agricultores. Sicut enī in vno corpore multa mēbra habem⁹ omnia autez membra non eundem actum habent ita multi vnū corpus sum⁹ in xp̄o. Ad romanos. xij. Et sicut os comedit ꝓ omnibus membris. Ita sacerdos ꝓ omnib⁹ xp̄ianis spiritualit̄. Sed oportet ad minus ꝙ q̄libet in anno cōmunicet sacmentaliter de adultis. x. vel. xij. annis sup̄ Et quādo pueri baptizant̄ efficiunt̄ mēbra corporis ecclesie. Ideo pro cōmunicatis habent̄. Moralit̄ cogitate ꝙ peccatum est nolle cōmunicare. si pueri innocentes non possunt saluari sine cōmunione. q̄d erit de magnis. Ideo multi damnantur quia nō cōmunicant in paschate. Qui in hoc mundo nō vult xp̄m recipe cōmunicando. nunq̄ a xp̄o recipiet̄ in celo. Auctoritas Amen. i. secure. amē. i. vere. dico vobis nisi mā ducaueritis carnez filij hoīs ⁊ biberitis eius sanguinē non habebitis vitā in vobis ⁊c̄. Johis. vi. Non habebitis vitā scz grē in hoc mundo nec glorie in alio. Dico scdo ꝙ hoc sacmentum sanctū est medicina vniuersalis nō solum cibus est s̄ medicina. Pro cui⁹ declaracione sciendū ꝙ oēs infirmitates corporis ⁊ aīe ex cibo veniūt scz ade ⁊ eue. Infirmitates corporis sicut sunt febres dolores ⁊c̄. Infirmitates aīe vt sunt ꝓnitas ad malū ⁊ difficultas ad bonū. male cogitacōnes. mala desideria ⁊ peccata. Omnia ista venerūt ex comestione cibi vetiti quia alias nullus fuisset infirmus nec in corpore nec in aīa. Iste cibus fuit porta omniū malor̄. Ideo dr̄. Mala mali malo mala contulit omnia mundo. Mala id est eua. mali. i. ade. malo id est pomo. cōtulit omnia mala. malo. i. mundo. O dixit xp̄s Si tantū sciuit facere dyabol⁹ ꝙ de fructu duxit omne malū. Ego ostēdam sapiam meaz ⁊ ordinauit ꝙ de fructu faceret medicinā. vnde veniret omne bonū ⁊ fecit se fructum in arbore vite scz virginis marie. Cui dr̄ benedict⁹ fructus ventris tui. Ideo de hoc cantat ecclesia. hoc opus nostre salutis ordo ⁊c̄. Construitur sic. Ordo salutis nostre poscebat hoc opus vt ars. i. sapīa xp̄i artē scz dyaboli multiformis ꝓditoris falleret. Et medelā. Ecce medicina ferret inde. scz ex fructu. Unde hostis leserat Ideo ista benedicta medicina dat sanitatē animabus illor̄ qui deuote cōmunicant. Primo dat sanitatē in intellectu contra errores ⁊ falsas opiniones fidei. In voluntate cōtra mala desideria. In memoria cōtra obliuiones beneficior̄ dei vel contra desiderium vindicte. dat etiā sanitatē ori ad vitandū mendacia falsa iuramēta ⁊c̄. Manibus ad vitandum furta vsuras tactus ⁊c̄. gutturi contra excessum cibi ⁊ potus. ⁊ generalit̄ omnib⁹ membris Item curat infirmitates corporis. nā si infirm⁹ cōmunicat deuote ⁊ sanitas corporis nō

sit nociua aīe. hoc sacmentū dabit sibi sa-
nitatem. alias nō debet appetere sanitatē
Altissim⁹ creauit de terra medicinam ⁊
vir prudens nō abhorrebit eā. Nonne a
ligno indulcata est aq̄ amara, ad agnicio-
ne hoīm vtus illoꝝ. Et dedit ⁊c̄. Eccli.
xxxviij. Nota altissimus de terra scz cor-
poris sui quod est formatū in vtero vir
ginali. de terra ab adā descendēti ⁊ vir sa
piens nō abhorrebit eā. Alique medici-
ne dant fastidiū ⁊ abhominacionē vt pil
lole. Sed prudens medicus cooperit ne
videatur color nec senciat̄ sapor ⁊ sic in-
firmus recipit. Ita fecit xp̄us. comedere
enī carnes hominis valde abhominabile
est. Ideo cooperuit in hostia ne videatur.
⁊c̄. Ideo dicit altissim⁹ ⁊c̄ de hoc vide
sanctū thomam .iij. pte .q. lxxv .ar. v. vbi
dicit q̄ sensu apparet. facta consecracōne
omnia accidētia panis et vini remanere
quod quidē rōnabilit̄ fit. Et dat ibi tres
rationes. q̄rū p̄ma iā dicta est. Quia nō
est consuetū hōibus s̄ horribile carnem
hominis cōmedere ⁊ sāguinē bibere ꝓpo-
nūt̄ nobis caro ⁊ sāguis sub spēb⁹ illo-
rum. que frequētius in vsū hoīs veniunt
scz panis et vini Alias duas rōnes ad
idē scūs tho. ibi s̄ ponit q̄s videre poterit.
Moralit̄. iā scitis q̄ qui debet recipe
purgacionē p̄us facit dietā ⁊ p̄paratori-
um cū syropo. Ita qui debet cōmunicare
p̄mo confiteat̄ ⁊ seruet dietā sibi datam
a medico aīe. deinde recipiat syropū dul-
cem. que sunt deuote orōnes dulce esset
militi q̄ qn̄cunq̄ vellet loqui posset regi
vel pape de syropo autē recipiunt̄ tria co-
clearia cū aqua calida mane ⁊ sero. Ita
debet esse certus numer⁹ de pater noster
⁊ aue maria ⁊c̄. Aqua calida sunt lachri-
me. si deus dat lachrimas ⁊ post recipit̄
purgacio. i. corpus xp̄i. Quid hoc effica-
cius sacmento quo purgant̄ peccata au-
gentur vtutes ⁊ mens omniū sp̄ualium
habundancia impinguat̄. Dico ter-
cio q̄ est sacrificiū indulgenciale nō solū
sacerdoti celebranti sed etiā omnib⁹ mis-
sam deuote audientib⁹ hoc declaratur sic.
Inuenio q̄ xp̄us in vita sua dixit duas
missas. vnā secrete. ⁊ aliā solennit̄ in pon
tificalibus cū ministris. Secrete celebra
uit feria q̄nta in cena dn̄i p̄sentib⁹ aposto
lis. tunc enī ordinauit sacrificiū hoc ⁊ cō-
municauit se. de q̄ vide sanctū tho. iij. pte
q. lxxxi. arti. p̄mo. ⁊ etiā cōmunicauit apo
stolos dicēs. Accipite ⁊ comedite hoc ē
corpus meū qd̄ ꝓ vobis scz celebrantib⁹
⁊ ꝓ multis scz missaz audientib⁹ tradet̄
in remissionē peccatoꝝ. Mathei. xxvi. pa
tet q̄modo in missa secreta dat̄ remissio
peccatoꝝ. Scd̄am missā celebrauit solen
niter in pontificalib⁹ in die veneris sancta
Altare fuit crux. mitra fuit corona spinaꝝ
Annuli in manib⁹ fuerunt claui. Sanda
lia in pedib⁹ claui. Casula rubea de sang-
uine suo. Bacul⁹ lancea. latro dyaconus
a dextris. Subdyacon⁹ latro a sinistris.
Accoliti virgo maria ⁊ iohānes euuan-
gelista. Ideo quādo p̄latus dicit missā
solenniter totidē cantat ⁊ sacrificauit seip
sum. Ecce qualit̄ dixit missam solennem
quia missam dicere nihil aliud est q̄ꝫ cor
pus xp̄i sacrificare Et ī missa solenni dan
tur indulgencie ⁊ remittunt̄ peccata deuo
te audientib⁹ quia dicit lucas. Omnis
turba eoꝝ q̄ simul aderant ad spectacu-
lum istud ⁊ videbant que fiebant ꝑcuciē
tes pectora sua reuertebant̄. Luce. xxiij.
Ideo dicit ꝓphēta dauid in psalmo. deus
deoꝝ dominus locutus est Audi popule
meus ⁊ loquar israhel ⁊ testificabor tibi
deus deus tuus sed per incarnacionez est
noster ego sum Non in sacrificijs tuis ar
guam te scz de peccatis. Racio holocau-
sta autem tua in conspectu meo sunt sem
per. psalmo. xli. Moraliter ergo
est missa audiēda deuote in quolibet die
festiuo ⁊ dominico que deuote auditur.
Seruatis quatuor condicōnib⁹. Prima

3m p̄ncle.

In octaua corporis christi Sermo

q̄ missa audiatur ieiuno stomacho. ratio
q̄r qui habet loqui regi ꝛc̄. Scd̄a q̄ sitis
in ꝯfessione que pro vobis fit. Ideo pul-
santur campane ꝛc̄. Tercia q̄ audiatis
missam cum silentio. Quarta q̄ audiat̄
missa ꝯpleta. Dico quarto q̄ est sacra-
mentum principale. Septem sunt sacramē-
ta ecclesie. Primum est baptismus. Se-
cundum est confirmacio. Tercium penitē-
tia. Quartum eukaristia. Quintum or-
dines. Sextum matrimonium. Septi-
mum extrema vnctio ꝛ non sunt plura.
De omnibus aūt sacramentum eukaristie
est principale triplici ratione Prima
quia alia sacramenta continent xp̄m solū
figuraliter ꝛ in alijs sacramentis contine
tur quedam virtus instrumentalis parti
cipata a xp̄o. ꝫ istud ꝯtinet xp̄m realiter
vt erat in vtero virginis ꝛ vt est in celo.
In alijs autem figuraliter/vere tu es deꝰ
absconditus deus israhel saluator Ysaie.
xlv. De hoc vide scm̄ thomā in tercia p̄te
q. lxv. ar. iij. quo querit vtr̄ sacramētum
eukaristie sit potissimum inter sacramēta
vbi respondet q̄ simpliciter loquendo sa-
cramentum eukaristie est potissimum in-
ter alia sacramenta. Primā rationē iam
tactā ibi ponit ꝛc̄. Scd̄a q̄r alia sacramē-
ta exhibent̄ exterius per auditum ꝛ tactū
ꝫ hoc interius recipit̄ per gustum. Amen
amen dico vobis nisi manducaueritis ꝛc̄.
Iob̄is. vj. Tercia q̄ hoc sac̄mētum dat
virtutem alijs hoc declarat̄ in celo in quo
sunt septez planete. Primo luna Scd̄o
mercurius. Tercio venus. Quarto sol.
Quinto mars. Sexto iupiter. Septimo
saturnus. Et sic̄ sol consistit in medio. q̄r
in quarto loco ꝛ dat virtutem ꝛ clarita-
tem alijs planetis. Ita sacramentum eu-
karistie in quarto loco ꝯputatur a q̄ alia
sacramenta recipiunt claritatē ꝛ virtutē
ꝛ ip̄e nichil recipit ab alijs. Ideo dauid.
Tronus eiꝰ sicut sol in cōspectu meo p̄s.
lxxxviij. Moraliter instruimur hic q̄

sicut xp̄s ꝯmunicat virtutem alijs sacra-
mentis. Ita nos de bonis nostris debēꝰ
libere ꝯmunicare indigentibꝰ per elemo-
sinas vel mutuādo sine vsura tales nūq̄
veniunt ad paup̄tatem dauid iunior fui
etem̄ senui ꝛc̄ in p̄s. Noli emulari ꝓpter
hoc dicebat xp̄s estote misericordes sicut
pater vester misericors est Luce. vj. Di
co quinto q̄ est societas celestialis Tres
magnas difficultates habet anima ascen
dendi ꝛ intrādi in celum. Prima est hic
Scd̄a in aere. Tercia in ianua celi. Sed
contra ista eukaristia est tuta ac virtuosa
societas aīaꝝ Prima ergo difficultas
est h̄ i exitu aīe a corp̄e vbi veniūt demo
nes aīaꝫ spectātes q̄ꝫtūcūq̄ ꝑsoā fuerit
sctā v̄go maria ꝓ singulari glia obtinuit
ne ad eā venirent demones ꝛ multi cre-
dunt ascendere qui capiuntur a demoni-
bꝰ. Propter hoc datur ꝯmunio infirmis
ꝛ dicitur viaticum ꝛ tunc demones senci
entes xp̄i presentiā fugiunt Scd̄a dif
ficultas seu periculū est in aere vbi remā
sit magna multitudo demonum sūt ibi vt
atomi in radio solis qui custodiunt passū
ꝛ multi euadunt primū periculum qui ca
piunt̄ in scd̄o vt fuit reuelatum beato an
thonio. Sꝫ q̄n̄ persona ꝯmunicauit demo
nes fugiunt ex xp̄i presentia ꝛ transit.
Tercia difficultas est apud sanctos iani
tores celi. q̄r nisi ꝯmunicauerit in pascha
te ꝛ etiam in infirmitate si habuit opor-
tunitatem q̄r al's excusat̄ clauditur sibi ia-
nua. Cum dicit xp̄s quia nō recepisti me.
nec ego recipiā te. Amen dico tibi nō in
trabis ibi. Si aūt ꝯmunicauit recipit̄ cū
magno honore. de hoc auctoritas ꝛ ꝓphe-
tia dauid. Exurgat deus ꝛ dissipentur ini
mici eius ꝛ fugiāt qui oderunt eum a fa-
cie eius q̄ntum ad primum. Sicut deficit
fumus deficiant sicut fluit terra a facie ig-
nis. Sic pereant peccatores a facie eius q̄
ad scd̄m. Et iusti epulentur ꝛ exultēt in
ꝯspectu dei ꝛ delectent̄ ꝛc̄. quo ad terciū

Ergo accipite ⁊ manducate hoc ⁊c̄
Dñica scḋa post festū trinitatis Sermo primus

Domie factum

est vt impasti Luce. xiij. Sermo erit de sancto euuāgelio huius dñice ⁊ habebimus multas bonas speculacōes ⁊c̄. In presenti sermone cogitaui tenere modum edificatoris siue magistrorꝫ dō. Qui primo ponūt fundamentū firmum ⁊ forte. deinde superedificant edificium siue cameras ad quiescendum. Ita intendo facere fundamentum firmum ⁊ forte te qd̄ poñam erit sanctum euuangeliū firmius celo ⁊ terra de quo xp̄s. Celum ⁊ terra transibunt verba aūt mea nō transibunt Luce. xxj. Quo posito edificabo cameras scz aliquas ꝓsolacōnes dicat̄ hystoria euuāgelij. De isto fundamēto apostolus dicit. Fundamentum aliud nemo potest ponere preter illud q̄ positū est qd̄ est cristus ihs glō. i. fides ihesu cristi. j. ad Corinth. iij. Super hoc fundamento volo nūc edificare quatuor cameras que sūt largitas gloriosa. Caritas gratiosa. Equitas rigorosa. Pietas copiosa. Quibus edificatis potero dicere domine factū est vt imperasti Prima camera est largitas gloriosa ita edificatur. In isto angulo fundamenti cum dicit̄ homo quidaz fecit cenaz magnā ⁊ vocauit multos Ista camera habet quatuor angulos p̄m q̄ q̄tuor sunt vitenda. Primo quis est iste homo. Secḋa que est ista cena. Tercio quare dicitur magna. Quarto qui sunt vocati ad istam cenam. Quantum ad primū iste due dicōnes homo quidam signant duas xp̄i substantias quidaz que est dictio infinita illimitata signat xp̄i diuinitatē interminatā sine principio ⁊ sine fine infinitam de quo vide sctm̄ thomam p̄ma pte q. vij. arti. p̄mo. Homo que est dictio finita ⁊ determinata signat xp̄i humanitatem finitam ⁊ determinatam. Cum q̄ dr hō quidam. i. homo deus de isto hole Jeremie. xvij. p̄m interp̄. lxx. hō est ⁊ q̄s cognoscet eum biblia nostra hz prauum est cor hois ⁊ inscrutabile quis cognoscet illud. De scḋo ista cena q̄z hō xp̄s parauit est glia celestis p̄m q̄ sancti doctores exponūt. Sz est hic questio quare dr cena ⁊ nō prandiū Rn̄deo qr datur in fine diei huius vite. Cum deberit dilectis suis sompnū ecce hereditas dñi inq̄t. p̄s Be tercio dicitur magna qr xp̄s suis seruitoribꝫ dat prandium debile. ꝗ dat bonam cenam. Oppositum facit dyabolus qui illis qui sibi seruiūt in peccatis dat bonum prādiū in ꝗ mūdo q̄ntū deus p̄mittit scz diuitias ⁊ honores dignitates ⁊ officia ⁊ delicias. Sz post dat eis malā cenam in inferno vt patet de diuite epulōe qui cotidie epulabatur splendide sed ī inferno habuit ⁊ habet malam cenam quia gutta aque q̄z petebat ñ obtinuit nec obtinebit vnq̄z. ꝗ xp̄s in hoc mūdo dat suis seruitoribꝫ debile prādiū vult q̄ abstineāt a nimio cibo potu dormicōe risu ⁊ a mīris delectāconibꝫ honoribus diuitijs ⁊ q̄ viuāt in pñia dicens pñiaz agite. Sz ī alio mūdo dat eis optimā cenā vt pz de lazaro mendico q̄ habuit malū prādiū ꝗ sed de alio mūdo dic̄ euuāgeliū. Factum est vt morere mendic̄ ⁊ portaret̄ ab angelis in sinu abrahe Luce. xvj. Ubi p̄medit sp̄ in mensa dei de eiste escis. ꝗ ꝗs q̄ māducat panē in regno dei Luc̄. xiij. De q̄tro q̄ sūt vocati ad istā cenā qr dicit q̄ vocauit multos ꝗ nō noiat eos. Dico q̄ omīs nacōnes mūdi vocate sūt p̄mo indi p xp̄m q̄ p̄sonalit descendit indut carne humana ⁊ ibat de loco in locū iuitādo iudeos si dictū fuisset sibi dñe q̄re venistis rn̄ disset ad iuitādum iudeos ⁊c̄. Et miseri iudei noluerūt venire. Deinde p apl̄os iuitauit omīs nacōnes dō. In omnem terrā exiuit son eorꝫ ⁊ in fines ⁊c̄. Etiam hodie iuitāt̄ ab illis qui predicant qr nūcij dei sunt ad iuitandum gentes ⁊ homines.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf